21. In citata sntem sententia, et textu Deciani, pars fœminei corporis, quam nos *clytoridem* cum Anatomistis appellamus, nymphium dicitur, quo tamen fœminas ad infamem libidinem explendam uti, prout diximus, ultra experientiam, Auctor ipse cum Medicis, a se citatis, testatur; ut proinde amplius ambigendum non sit crimen infame ac innominabile a fœminis cum sexu utroque committi. licet hoc rarius Sodomia masculorum eveniat : tum quia in Europa non tam frequenter accidit eruptio clytoridis; tum quia non omnes fœminæ, quibus clytoris exeritur, infami illa passione laborant; et sensus titillationi, virtute continentiae, gratia Dei roborata, resistunt. In cujus confirmationem casum do, qui Papiæ accidit anno 1671. In insigni quodam Conventu

« cette augmentation de peine n'a pas lieu quand la femme jouit avec une autre femme, par la seule friction : il en est différemment si elle agit avec un instrument matériel, de bois ou de verre. »

21. Dans le passage cité comme dans le texte de Décianus, la partie du corps féminin que nous appelons *clitoris* avec les anatomistes est appelée *nymphium*. Et que les femmes s'en servent pour assouvir leur infâme dépravation, comme nous l'avons dit, outre son expérience, l'auteur lui-même l'atteste d'après les médecins dont il invoque le témoignage ; il n'y a donc pas à douter plus longtemps de l'existence de ce crime infâme et innommable, commis par les femmes avec l'un ou l'autre sexe. Il est, à la vérité, plus rare que la Sodomie des mâles ; soit parce qu'en Europe l'éruption du clitoris n'est pas si fréquente, soit parce que toutes les femmes dont le clitoris se développe ne sont pas soumises à cette infâme passion et qu'elles résistent à la titillation sensuelle, par une vertu de continence que renforce la grâce de Dieu. Voici à ce sujet un cas qui s'est présenté à Pavie, l'an 1671 :

ejus civitatis, cuidam honestissimæ Moniali erupit clytoris improvise, quæ percussa tali accidenti, sibi molestissimo, utpote graves tentationes carnis ei causenti, accersivit Chirurgum optimum practicum, sed in re anatomica parum versatum. Hic inutiliter tentatis emollientibus, ut clytoridis duritiem dlecteret, cum jugiter turgentem videret, ipsum secuit, gravissimo Monialis periculo : nam ex tali mutilatione pene mortua est, et non convaluit, nisi post multos menses. Chirurgus ipse mihi hoc confidenter aperuit, et ingenue est confessus, se ad talem mutilationem devenire, quia tunc nesciebat doctrinam de clytoride, quam postea didicerat in *Tabulis Anatomicis Bartolini*.

22. His ergo, longiuscule quidem, necessario tamen præmissis, resolutum apparet, quando fœminæ se invicem subagitantés *mollitiem*, et quando veram So-

Dans un célèbre couvent de cette ville advint que chez une très honnête religieuse le clitoris fit tout à coup éruption. Ennuyée de cet accident fort désagréable, car il lui causait de graves tentations charnelles, cette femme fit venir un chirurgien, excellent praticien, mais peu versé dans l'anatomie. L'homme de l'art, après avoir essayé, mais sans résultat, les émollients pour réduire la roideur du clitoris, et le voyant sans cesse en érection, le coupa, au grand danger de la nonne, qui faillit mourir de cette mutilation et ne revint à la santé qu'après nombre de mois. C'est le chirurgien lui-même qui me fit cette confidence, et il m'avoua ingénument qu'il s'était décidé à cette opération parce qu'alors il ne connaissait pas la théorie du clitoris. Il ne l'apprit que plus tard, dans les *Tables anatomiques* de Bartolinus.

22. Ces prémisses posées, un peu longuement peut-être, mais c'était nécessaire, on saura désormais de façon certaine, lorsque deux femmes se trémoussent ensemble, si elles sont coupables de simple *Mollesse* ou si elles commettent une véri-

domiam committunt. Si enim clytoride ut præfertur, utuntur in quovis fœmineo vase, perfectam Sodomiam committunt : quamvis enim nullo modo semen incubæ succubam intret, tamen in suo genere perfectum evadit crimen ; nam concubitus inter ipsas intervenit, et in forma, quod nequit sequi generatio, quæ duo constituunt veram Sodomiam, prout docuimus supra (num. 8).

23. Poterunt ergo Confessarii ex hac doctrina nosse speciem criminis, quod commiserunt fœminæ, quæ tamen præ verecundia illud clare non explicant, sed se accusant solum dicentes, se alias fœminas fuisse supergressas cum delectatione, aut se aliis fœminis pari modo succubuisse ; nec pudicus ac prudens Confessarius ulterius interrogare audet, nec rei tam turpis circumstantias inquirere, maxime, si pœnitentes sunt virgines, aut innuptæ ; unde confusa et anxiamens Confessarii est, in discernendo

table *Sodomie*. Si, en effet, elles se servent du clitoris, comme il est dit, dans l'un ou l'autre vase féminin, elles commettent une *Sodomie* parfaite. En effet, bien que la semence de l'incube ne pénètre aucunement dans la succube, cependant le crime est parfait en son genre : car il y a coït entre ces femmes, et de telle espèce qu'il n'en peut suivre génération : deux conditions constitutives de la vraie *Sodomie*, comme nous l'avons enseigné plus haut (n^o 8).

23. Donc, grâce à cette doctrine, les confesseurs pourront connaître l'espèce du crime commis par les femmes, que la honte empêche de s'expliquer clairement, mais qui s'accusent en disant seulement qu'elles ont grimpé d'autres femmes avec délectation, ou qu'elles ont été grimpées pareillement par d'autres femmes. Un confesseur pudique et prudent n'ose pas en demander davantage ni s'enquérir des circonstances d'un fait si honteux, surtout si les pénitentes sont vierges ou non mariées. De là, pour les confesseurs, trouble de conscience et anxiété sur la distinction qu'il faut faire dans ce

crimine, puta, an mollities fuerit, cui possit manum apponere, an Sodomia, cujus absolutio sit reservata. Si igitur mulier se incubam in tali opere dixerit, poterit Confessarius eam interrogare, an aliqua sui corporis parte vas succubæ penetraverit (partem voco clytoridem, non membrum : est enim illa pars membri fœminei, ad generationem destinati, sicut digitus non est membrum, sed pars membri), et si affirmat, palam est quod Sodomiam commiserit; si negat, sola erit mollities. Pariter a succuba poterit percontari, an ipsius vas fuerit ab incubam aliquo modo penetratum, et quomodo, et ab ipsius responsione iudicium regulare.

24. Itidem, si fœminæ de huiusmodi crimine fuerint accusatæ, Judex tenetur ad corporis fœminei visitationem per obstetrices faciendam. Etenim, si clytoris fuerit inventus, probatumque sit fœminas simul cubasse, et adminicula adsint, crimen, suadentia, militat contra

crime, savoir s'il n'y a que Mollesse, cas de sa compétence, ou Sodomie, dont l'absolution est réservée. Si donc la femme dit que dans cette œuvre elle a été incube, le confesseur pourra lui demander si quelque partie de son corps est entrée dans le vase de la succube (j'appelle le clitoris partie du corps et non pas membre, parce qu'il est en effet une partie du membre féminin destiné à la génération, de même que le doigt n'est pas un membre, mais une partie de membre). Dit-elle oui? il est évident qu'elle a commis une Sodomie. Sinon, ce n'est que Mollesse. Pareillement à la succube, il pourra demander si dans son vase est entré quelque chose de l'incube, et comment. D'après la réponse, il règlera son jugement.

24. De même, si des femmes ont été accusées d'un crime de cette espèce, le juge est tenu de faire visiter leur corps par des accoucheuses. Car si on leur trouve un clitoris, s'il est prouvé que les femmes ont couché ensemble, s'il existe des circonstances qui fassent croire au crime, la présomption milite contre ces femmes, qu'elles

fœminas præsumptio, quod illo fuerint usæ ad delictum nefandum, sicut ex condormitione viri cum fœmina, præsumentur de jure quod fuerint fornicati; unde ad torturam deveniendum est, ut sciat Judex an delictum innominabile fuerit commissum; et casus hic succedere de facili potest in Collegiis fœminarum; licet etiam inter laicas mulieres et in sæculo conversantes, non semel constat accidisse.



ont usé du clitoris pour accomplir leur ignoble délit, comme du fait qu'un homme qui a couché avec une femme se présume de droit la fornication. Il en faut donc venir à la torture, pour que le juge sache si le délit innommable a été commis. Ce cas peut se rencontrer facilement dans les couvents de femmes, bien qu'il soit constant que même parmi les femmes laïques et séculières il s'est présenté plus d'une fois.





PROBATIO

SODOMIAM crimem esse mixti fori, est communis sententia Doctorum, unde locus est preventioni inter Judices laicos ac ecclesiasticos; imo in Regnis Aragoniæ et Valentiae, ex speciali deputatione, de eo cognoscunt Inquisitores fidei. et justissimum esset, quod universi hæreticæ pravitatis Inquisitores ad punitionem nefandi hujus delicti procederent: tum quia Sodomia habet quamdam connexionem cum hæresi, tum quia ex accurata ipsorum vigilantia punirentur frequentius pædicones ac pæderastæ hujusmodi infames, ac tam enorme vitium a Christiana Republica radicitus extirparetur.



PREUVE

LA SODOMIE est un crime de droit mixte, suivant la commune sentence des Docteurs. De là, le lieu de jugement est matière à discussion entre les Juges laïques et les Juges ecclésiastiques. Au contraire, dans les royaumes d'Aragon et de Valence, par députation spéciale, les Inquisiteurs de la Foi en connaissent, et il serait très juste que partout les Inquisiteurs de la perversité hérétique procédassent pour la punition de cet infâme délit, tant parce que la Sodomie a une certaine connexité avec l'hérésie ; tant parce que, grâce à leur exacte vigilance, les pédicons et les pédérastes souillés de cette infamie seraient plus fréquemment châtiés, et qu'un vice si énorme serait radicalement extirpé de la République Chrétienne.

26. In hoc crimine, ob ipsius atrocitatem, Judices etiam laici procedere possunt per inquisitionem, quod est peculiare hujus criminis : siquidem in fornicatione, adulterio, et aliis delictis carnis naturalibus, de jure civili non proceditur, nisi ad instantiam partis; secus de jure canonico, ut alias dictum fuit. Spatium autem temporis decursi, a quo crimen fuit commissum, non tollit quin accusari possint rei : hoc enim crimen nunquam præscribitur, ut dicunt Doctores, quod valde notandum est.

27. Quia vero hoc delictum, sicut et omnia alia crimina carnis, est difficilis probationis, ut non semel dictum est, probatur præsumptionibus et conjecturis, ut dicunt Doctores. Hinc deducuntur plures conclusiones, facientes ad rem. Sunt autem, quod probatur crimen fuisse commissum : Primo per testes, qui audierint tergiversationes, quassationes, concussiones lecti, in quo cubavit vir cum masculo suspectæ ætatis, etc. Secundo, si auditus fuerit clamor, seu vociferatio

26. Dans la Sodomic, à cause de son atrocité, les Juges, même laïques, peuvent procéder par inquisition. Cette faculté est spéciale à ce crime. Et, en effet, dans la fornication, dans l'adultère, et dans les autres délits de la chair naturels, on ne procède de droit civil qu'à la requête des parties. Il en est autrement de droit canonique, comme il a été dit ailleurs. L'espace de temps passé depuis que le crime a été commis n'empêche pas que les coupables ne puissent être accusés. Ce crime n'est jamais prescrit, selon l'avis des Docteurs, et c'est ce qu'il faut noter soigneusement.

27. Mais ce délit étant, comme les autres délits charnels, difficile à démontrer, comme on l'a dit plus d'une fois, il se prouve par des présomptions et des conjectures, pour parler comme les Docteurs. De là se déduisent plusieurs conclusions importantes dans l'espèce. Les voici. Le crime est prouvé : 1^o par les témoins qui auront entendu les trimballements, les craquements, les secousses du lit où a couché l'homme avec un mâle d'âge suspect, etc. ; 2^o par le cri, s'il a été perçu, ou par les

pueri ob dolorem aut vim sibi illatam. Tertio, quando quis mala fama laborans circa hoc, dormierit cum puero quando nulla exstitit legitima causa talis cubationis. Quarto, quando camiscia pueri fuit reperta maculata. Quinto, quando puer major decennio visus fuit fuisse amplexatum ac osculatum ab alio malæ famæ, maxime si iste pueri posteriora estiam forinsecus femoralibus tetigit.

28. Advertendum autem quod per indicia ac præsumptiones prædictas non probatur crimen, nisi quoad torturam, aut ad plus, nisi ad pœnam extraordinariam inferendam, arbitrio Judicis et juxta indiciorum valorem. Ad pœnam enim ordinariam incutiendam, requiritur concludens et plena probatio, nisi forte per Statutum disponeretur, quod in aliquo casu, ex indiciis indubitatis, pœna ordinaria ferri posset; licet et hoc maximam difficultatem haberet, attenta magna Doctorum controversia circa decisionem, quænam sint aut dici possint indicia indubitata.

hurlements du garçon, causés par la douleur ou par la violence qu'il subit; 3^o quand un homme de mauvais renom sur ce chapitre a couché avec un garçon, sans aucun juste motif de ce faire; 4^o quand la chemise de l'enfant a été trouvée tachée; 5^o lorsque l'enfant âgé de plus de dix ans a été vu embrassé et baisé par un homme de mauvais renom, surtout si cet homme lui a tâté les fesses, même par-dessus les chausses.

28. Mais on remarquera que par les indices et présomptions susdites, le crime n'est prouvé qu'autant qu'il le faut pour motiver la torture, ou au plus une peine extraordinaire, applicable au gré du Juge et selon la valeur des indices. Car, pour infliger la peine ordinaire, il faut une preuve pleine et concluante, à moins, par hasard, que les lois n'autorisent en certain cas, sur des indices indubitables, l'application de la peine ordinaire. Toutefois, il y a là une difficulté très ardue, vu la grande controverse des Docteurs sur la question de savoir quels indices sont ou peuvent être dits indubitables.

29. Quod si iudicium instituat^{ur} ad querelam, eo quia dicatur stupratus puer cum fractura ani, ante omnia per Chirurgos ac Medicos visitari debet, et per eorum juratam depositionem probari debet corpus delicti, ut firmand^o Doctores. Si vero non agatur de fractura, sufficiunt indicia ac præsumptiones, ut dictum est. Si etiam agatur de Sodomia foeminarum, debet visitari per obstetrices, aut matronas, fide dignas, corpus mulieris accusatae, ad videndum an habeat clytoridem, sine cuius usu, nullo modo posse dari Sodomiam inter foeminas supra demonstravimus.

30. Quodnam vero indicium faciat dictum Sodomitati, controversant Doctores. Nonnulli volunt, quod nullum indicium faciat, neque ad solam torturam. Firmant proinde non esse credendum dicto minoris attestantis, se fuisse ab ali-

29. Que si le procès a lieu par suite d'une plainte, et qu'il soit déclaré que l'enfant a été violé avec fracture de l'anús, avant tout l'enfant doit être visité par les chirurgiens et par les médecins, et le corps du délit prouvé par leur déposition assermentée : telle est la décision des Docteurs. Mais s'il ne s'agit pas de fracture de l'anús, les indices et les présomptions suffisent, comme nous l'avons dit. De même, s'il est question de la Sodomie des femmes, le corps de la femme accusée doit être visité par des accoucheuses ou des matrones dignes de foi : à cette fin de voir si la femme possède un clitoris, sans lequel la Sodomie ne peut en aucune façon se produire entre femmes, comme nous l'avons démontré.

30. Mais comme indice, de quelle valeur est la déposition du Sodomité? Les Docteurs, là-dessus, ne sont point d'accord. Les uns veulent que sa déposition ne constitue aucun indice, pas même pour la torture simple. Il sont d'avis, par conséquent, qu'il ne faut pas ajouter foi au dire du mineur, attestant qu'on a essayé sur lui

quo attentatum de hoc crimine, aut fuisse passum vim. Nec creditur uxori dicenti, maritum voluisse illam cognoscere præpostere, aut de facto cognitam fuisse. Et multo minus non esse credendum meretrici, deponenti se fuisse inno-minabiliter stupratam. Fundamentum istorum est, quia uni tantum testi, et maxime socio criminis, et proinde infami, fides non est adhibenda argumento eorum quæ habentur in utroque jure.

31. Alii sustinent, dictum Sodomitati sufficere ad torturam; fundamentum est, quia, in delictis carnis atrocissimis, testes etiam inhabiles admittuntur, maxime in delictis difficilis probationis, ut in delictis factis de nocte, aut in domo, aut in crimine stupri.

32. Inter has extremas intrat media opinio, quæ conciliat illas: puta, quod accedentibus aliis indiciis, ac ad miniculis, dictum stuprati sufficiat ad torturam, et sic procedit secunda opinio; deficient-

le crime détestable ou qu'il a souffert violence. On ne croit pas non plus, d'après eux, la femme qui prétend que son mari a voulu la connaître par derrière, ou qu'il l'a réellement connue de cette façon. Encore moins devra-t-on croire la courtisane déposant qu'elle a été violée de la façon innommable. Ces décisions sont fondées sur ce que, d'après les règles de l'un et de l'autre droit, il ne faut point s'en fier à un seul témoin ni surtout au complice du crime, à un infâme par conséquent.

31. D'autres soutiennent que la déposition du Sodomité suffit pour la torture. Cette opinion s'appuie sur ce que, pour les délits de la chair les plus atroces, on admet des témoins même inhabiles, surtout pour les délits de preuve difficile, tels que ceux commis de nuit, ou dans une maison, ou pour le crime de stupre.

32. Entre ces avis extrêmes est un avis moyen qui concilie les opinions. Étant donné qu'à l'appui de l'accusation viennent d'autres indices et d'autres faits, la déposition du Sodomité suffit pour la torture. C'est la procédure de la seconde opinion.

tibus autem aliis indiciis, nullo modo sit sufficiens, et sic procedit prima opinio; hanc porro conclusionem, a qua in praxi recedendum non est, plerique Doctores classiei amplectuntur.

33. Controvertunt pariter Doctores, an dictum stuprati admitti possit absque tortura; cum enim ex complicitate criminis evaserit infamis, ad testimonium ferendum absque tortura admitti non debet, ut per eam infamiæ macula tollatur. Distingunt autem inter impubere, et puberem, et inter passum per vim, et sponte complicem. Impubes quidem vim passus torqueri non debet, quia ob ætatem infamiam non incurrit. Pubes autem, et major etiam, violentiam passus omnino torqueri debet, juxta multos, quia non ex eo, quod passus est per violentiam, ideo habitatus censere-

Mais si les autres indices viennent à manquer, la déposition du Sodomité ne peut aucunement suffire. C'est la procédure de la première opinion. Telle est la conclusion dont il ne faut pas s'écarter dans la pratique et qui est adoptée par la plupart des Docteurs classiques.

33. Pareillement les Docteurs disputent si l'allégation du violé peut être admise par la torture. Et, en effet, comme par sa complicité dans le crime il est devenu infâme, il ne doit pas être admis à témoigner sans la torture, afin que celle-ci fasse disparaître la tache d'infamie. Or, ils distinguent entre le pubère et l'impubère, entre celui qui a subi la violence et le complice volontaire. L'impubère, qui a été pris de force, ne doit pas être torturé, parce que, à raison de son âge, il n'encourt pas l'infamie. Le pubère et le majeur, même celui qui a subi la violence, doivent assurément être torturés, selon ce que pensent beaucoup d'auteurs, car ce n'est pas à cause de la violence subie qu'ils seraient censés être devenus habiles à témoigner. Quant aux complices volon-

tur ad testificandum. Sponte autem complices omnino sunt torquendi.

34. Salva tamen illorum reverentia, non video quomodo stuprum passus violenter infamis evadat, contra patentem dispositionem textus in l. prima, § *Removet*, ff. *de Postulan.*, in qua ita habetur : *Removet autem a postulando pro aliis eum qui corpore suo muliebria passus est : si quis tamen vi prædonum vel hostium stupratus est, non debet notari* ; et in l. *Fædissimam C. Ad. leg. Jul. de Adulter.*, habetur, quod *mulier per vim compressa est inviolatæ existimationis*, hoc est, nullam incurrit infamiam. Dicendum igitur absolute, quod stupratus per vim, sive major, sive impubes, admitti debet ad testimonium sine tortura. Adverti tamen debet, quod juxta Doctores, violentia in Sodomia non præsumitur incursa, ideo probanda est per eum qui asserit sibi fuisse vim illatam ; vel nisi concurrant circumstantiæ loci, temporis, ac personarum, ob quas credi

taires, cela ne fait aucun doute, ils doivent être torturés.

34. Cependant, sauf le respect dû à ces auteurs, je ne vois pas comment celui qui a supporté le stupre par violence peut encourir l'infamie. C'est contre la disposition évidente du texte (l. I. § *Remoret*, ff. de *Postulan.*) qui dit : *A celui dont le corps a subi les approches réservées aux femmes, la loi refuse le droit d'ester en jugement. Si toutefois quelqu'un a été violé et forcé par des brigands ou par des ennemis, il ne doit pas être noté d'infamie.* En outre, la loi *Fœdissiman C. Ad. leg. Jul. de Adulter.* porte : *La femme comprimée par force garde son honneur intact, c'est-à-dire n'encourt aucune infamie.* Il faut donc dire absolument que l'homme violé par force, majeur ou impubère, doit être admis à témoigner sans la torture. Toutefois il faut remarquer que selon les Docteurs, la violence dans la Sodomie n'est pas présumée avoir été subie. Donc c'est à celui qui a été forcé que la preuve incombe : à moins que ne s'adjoignent des circonstances de lieu, de temps et de personnes, pour faire ajou-

possit taliter testificanti : aliter quivis, etiam consentiens sponte, allegare posset se fuisse per vim stupratum.

35. Testes in judicio hujus criminis recipi possunt absque citatione partis, quod est peculiare in hoc delicto : siquidem testes recepti, parte non citata, nihil probant regulariter loquendo. Privilegium pariter hujus causæ est, quod inquisiti de hoc scelere nullo gaudent privilegio personali circa torturam, ut dicunt nonnulli : et ratio est, quia, ut dicam inferius, loquendo de pœnis Sodomitæ, infames sunt, amittunt proinde privilegium nobilitatis. Unde in Hispania ex dispositione legis particularis, nobiles, ac plebei indifferenter quæstioni subjiciuntur, nulla habita ratione claritatis sanguinis ; ibi enim crimen hoc judicatur, sicut crimen læsæ Majestatis, ut scribunt plures Doctores Hispani.

ter fois à celui qui témoigne de cette façon. Autrement n'importe qui, même après avoir consenti au crime, pourrait prétendre avoir été violé et forcé.

35. La déposition des témoins dans le jugement de ce crime peut être reçue sans la citation de la partie. Cela est particulier à ce délit, car les témoins entendus sans que la partie ait été citée ne prouvent rien, régulièrement parlant. C'est encore un caractère spécial à cette manière que les inculpés de ce crime ne jouissent d'aucun privilège personnel quand à la torture, comme le disent quelques auteurs. Ainsi que je le dirai plus bas en parlant des peines des Sodomites, la raison c'est qu'ils sont infâmes et que, par conséquent, ils perdent les privilèges de noblesse. C'est pourquoi, en Espagne, d'après la disposition d'une loi particulière, les nobles et les plébéiens sont soumis indifféremment à la question : il n'est tenu aucun compte de l'illustration du sang. Dans ce pays, en effet, la Sodomie est jugée comme crime de lèse-Majesté, selon le plus grand nombre des Docteurs Espagnols. Mais, pour ce crime,

Alia vero privilegia testium, ob quæ torqueri non possunt, ut ætas, virium imbecillitas, infirmitas, etc., in hoc crimine servantur; cessant enim solum ea, quæ ob infamiam amittuntur.



on conserve aux témoins les autres privilèges qui leur évi ent d'être torturés, tels que l'âge, la manque de force, les infirmités, etc. ; disparaissent seulement les privilèges qui se perdent par infamie.





PCENÆ



CONTRA Sodomitas voluit Imperator consurgere leges, armari jura, ut, gladio ultore, exquisitis pœnis subdantur infames, qui tam enormis criminis sunt vel futuri sunt rei. Ante legem autem Imperatoriam exstabat lex divina, ita habens : *Qui dormierit cum masculino coïtu scemineo, uterque operatus est nefas : morte moriantur ; sit sanguis eorum super eos.* Secutæ sunt postea leges Imperiales, ultimum supplicium taliter reis inferentes. Quamvis autem in citata lege videatur lata pœna gladii, nempe obtruncationis capitis, tamen usus



PEINES



CONTRE les Sodomites, l'Empereur a voulu élever des lois et armer le droit, pour que les infâmes qui sont ou seront coupables d'un crime si énorme soient soumis au glaive vengeur et à des peines particulières. Mais avant la loi impériale existait la loi divine qui disait : *Si quelqu'un a dormi avec un mâle et s'est accouplé avec lui comme avec une femme, tous deux ont commis un acte abominable : qu'ils meurent de mort et que leur sang soit sur eux!* Vinrent ensuite les lois impériales. Elles ont ordonné le dernier supplice contre ceux qui sont coupables de cette turpitude. Mais bien que, dans la loi qui vient d'être citée, la peine du glaive, c'est-à-dire l'obtrunca-

obtinuit, accedentibus etiam Statutorum municipalium dispositionibus, ut Sodomitæ furcis suspendantur. Unde scribunt Doctores, quod indiscriminatim supplicium furcarum adhibendum est cum Sodomitis, nulla habita ratione nobilitatis; quia ob enormitatem tanti criminis amittunt nobilitatem, et evadunt infames, ut supra dictum est, et in criminibus atrocissimis, etiam ob merita delinquantis et suorum in Rempublicam, non est pœna remittenda. Tamen de consuetudine Nobilibus caput amputatur. Ultra pœnam autem furcarum, comburi debent post mortem, ut volunt infiniti propemodum autores : quæ pœna fuit lata per Imperatores Theodosium, Valentinianum, et Arcadium, ut habetur lib. 6, tit. 7 *Codicis Theodosiani* per hæc verba, quæ rescripserunt Orontio, Vicario Urbis : *Omnes quibus flagitii usus est virile corpus, muliebriter con-*

tion de la tête, paraisse prescrite, cependant l'usage, auquel s'adjoignirent les dispositions des statuts municipaux, s'est établi de pendre les Sodomites au gibet. C'est pourquoi les docteurs écrivent qu'il faut indistinctement appliquer aux Sodomites le supplice des fourches, sans tenir compte de la noblesse, parce que à cause de l'énormité de ce crime, les coupables perdent leur noblesse et deviennent infâmes comme il a été dit, et parce que, dans les crimes très atroces, la peine ne doit pas être remise, même en considération des mérites du délinquant et des mérites de sa famille envers l'Etat. Toutefois, c'est l'usage que les nobles aient la tête coupée. Mais, outre la peine des fourches, les Sodomites doivent être brûlés après leur mort, ainsi que le veulent un nombre à peu près infini d'auteurs. Cette peine fut portée par les empereurs Théodose, Valentinien et Arcadius, comme il appert (liv. VI, tit. 7, *code Théodosien*) de ces paroles du rescrit adressé à Orontius, vicaire de la ville : *Tous ceux qui font un usage ignoble de leur corps masculin et qui l'emploient à*

stitutum, alieni sexus damnare patientia, spectante populo flamma vindice expiabant; qua lege videtur hujusmodi reos esse vivos comburendos; usus tamen obtinuit prius laqueo eos enecare, et mox comburere.

37. Controvertunt autem inter se Doctores, utrum pœna ordinaria in hoc delicto exigat perfectionem actus, ita ut qui vas præposterum penetravit quidem sed extra illud seminavit, puniri non debeat pœna Sodomitarum? Nonnulli sunt in sententia, quod actus debeat esse consummatus, et copula perfecta, ex seminatione intra vas, cum constans sit, et communis doctrina, quod ad pœnam ordinariam requiratur delictum in suo genere perfectum.

38. Vice versa alii quamplures sustinent, quod in hoc crimine super cœtera carnis atrocissimo, pœna ordinaria detur, quando deventum fuerit ad actum proxi-

la façon des femmes seront condamnés pour avoir souffert un autre sexe, et en présence du peuple expieront leur crime par une flamme vengeresse. Cette loi semble ordonner que les Sodomites soient brûlés vifs : l'habitude cependant s'est substituée de les étrangler et ensuite de les brûler.

37. Mais il y a controverse entre les Docteurs sur le point suivant : la peine ordinaire, dans ce délit, exige-t-elle la perfection de l'acte? et celui qui a pénétré le vase postérieur, à la vérité, mais qui a répandu le sperme au dehors, doit-il être puni de la peine des Sodomites? Plusieurs sont d'avis que l'acte doit être consommé et la copule rendue parfaite par l'éjaculation dans le vase, car il est constant et de doctrine commune que, pour motiver la peine ordinaire, le délit doit être parfait en son genre.

38. En revanche, le plus grand nombre soutient que, dans ce crime charnel, le plus atroce de tous, la peine ordinaire doit être appliquée dès que le coupable arrive à la presque consommation de l'acte. Par con-

mum : proinde, qui vas præposterum penetravit, et extra seminavit sive ex instituto, sive ex accidenti, debeat pœna ordinaria plecti.

39. Dominicus Raynaldus mediat inter has sententias, postquam ad partes contra ambas disputavit; et dicit, quod per solam penetrationem vasis absque seminatione. quamvis non committatur perfecta Sodomia, committitur tamen stuprum in puerum, quia stuprum nihil aliud est quam corruptio pueri, patrata ex sola penetratione, sicut et stupratio virginis non est, juxta Doctores ibi citatos, nisi fractura claustris virginalis, causata per congressum viri, licet iste minime seminet intra vas; quod etiam confirmat auctoritate Antonii Mariæ Vericelli, cujus textum dat per extensum, probando quod sola penetratio, absque seminatione, est vera Sodomia. Concludit proinde eum, qui sic penetravit, licet minime intra vas seminaverit,

séquent, l'homme qui a introduit sa verge dans le vase postérieur et qui a éjaculé au dehors, soit avec intention, soit par accident, doit être puni de la peine ordinaire.

39. Dominique Raynald, après avoir combattu ces deux opinions, adopte un avis moyen. Il dit que par la seule pénétration dans le vase sans effusion de semence, bien qu'elle ne constitue pas une Sodomie parfaite, il y a cependant stupre commis sur un garçon, parce que le stupre n'est pas autre chose que la corruption du garçon achevée par la seule pénétration, de même que le viol d'une vierge, n'est, selon les Docteurs cités en ce passage, que la fracture de la cloison virginale, fracture produite par la poussée de l'homme, encore qu'il n'y ait pas éjaculation dans le vase. Il appuie cette opinion sur l'autorité d'Anton-Maria Vericelli, dont il donne le texte en entier et démontre que la seule pénétration, sans effusion de semence, est une vraie Sodomie. Il conclut, par conséquent, que l'homme qui a ainsi pénétré un vase postérieur, bien qu'il n'y ait pas du tout

ultimo supplicio affici debere, licet minime post mortem comburi.

40. Sed doctissimi viri pace, ejus fundamentum nutat. Siquidem nomen stupri commune est cuicumque illicito congressui carnali, sive cum fœmina, sive cum masculo fiat, et lex stuprum, et adulterium promiscue appellat, ut habet textualiter Papinianus. Proprie autem, subjungit idem, stuprum in virginem viduamque committitur, quod Græci *floram*, id est corruptionem appellant; extenditur autem nomen stupri etiam ad puerum, ut ultra Glossam citatæ legis, habet Modestinus dicens : *Adulterium in nupta admittitur ; stuprum in vidua, vel virgine, vel puero*. Ex his igitur habetur, quod stuprum ex se non importat nisi corruptionem, puta illicitum usum alieni corporis in actu Venereo : vocari vero adulterium in nupta, sicut incestum in affine ; sed in cæteris, puta vidua, vir-

éjaculé, doit être puni du dernier supplice, mais non pas brûlé après sa mort.

40. Mais sans offenser le très savant auteur, la base de son raisonnement n'est rien moins que solide. Et, en effet, le nom de stupre est commun à toute approche charnelle illicite, soit avec la femme, soit avec l'homme. La loi dit indifféremment stupre et adultère, comme on peut le voir dans le texte de Papinien. Mais ce dernier ajoute que, proprement, le stupre est produit sur une vierge ou sur une veuve : c'est ce que les Grecs appellent *floram*, à savoir corruption. Or le mot de stupre est étendu même à l'enfant, comme l'a fait Modestinus après la glose de la loi citée plus haut, quand il dit : *L'adultère se commet avec une femme mariée, le stupre avec une veuve, une vierge ou un garçon*. D'où l'on conclut que le stupre n'emporte en soi que la corruption, c'est-à-dire l'usage illicite du corps d'autrui dans l'acte vénérien ; qu'il faut dire adultère lorsqu'il s'agit d'une femme mariée, inceste lorsqu'il s'agit de parents à un degré proche, mais que dans les autres cas, par exemple rela-

gine, puero, aut foemina nomen stupri retinere. Unde in hoc sensu non potest contradistingui a Sodomia, per hoc, quod haec sit penetratio vasis cum seminatione; stuprum vero penetratio absque seminatione.

41. Nec applicatur ad intentum stuprum virginis, quo perficitur per solam fracturam claustris, cum stupro pueri: concesso enim, quod ex accidenti possit causari disruptio intestini recti, cum relaxatione musculi sphincteris, non tamen hoc necessario intervenit in omni congressu innominabili, quando succubus adultus est, aut incubus draucus non est; pariterque, si stuprum aequale est cum vidua, sicut cum virgine, ut sonat textus citatae legis, patet, quod in vidua nullum claustrum est, quod sit disrumpendum. Unde concludendum est, quod aut stuprum cum masculo idem sit cum Sodomia, aut sola penetratio absque seminatione nullo modo

tivement à une veuve, à une vierge, à un garçon, à une femme, il faut garder le nom de stupre. Donc, dans ce sens, on ne peut le distinguer de la Sodomie, en ce que la Sodomie serait la pénétration dans le vase postérieur, avec éjaculation, et le stupre la pénétration sans éjaculation.

41. Et l'on ne peut assimiler au stupre de l'enfant le stupre de la vierge, lequel atteint sa perfection par la simple fracture de la cloison virginale; car, en accordant que par accident se produise la rupture du rectum avec relâchement du muscle sphincter, ce dégât n'arrive pas nécessairement dans tout rapprochement innommable, quand le succube est adulte ou que l'incube n'est pas drauque. Pareillement, si le stupre est de même genre lorsqu'il est commis sur une veuve que lorsqu'il est commis sur une vierge, comme le signifie le texte de la loi citée, il est évident que chez la veuve il n'y a aucune cloison à briser. Donc il faut conclure, ou que le stupre avec un mâle est la même chose que la Sodomie, ou que la seule pénétration sans effusion de semence n'est pas un stupre,

stuprum sit, maxime quando fixa est in agente intentio, nullo modo libi seminandi. Quod confirmatur ex doctrina nonnullorum gravium auctorum, quos tamen confutat Diana, qui volunt, posse maritum penetrare vas posticum uxoris, ad se excitandum, etc., dummodo absit et intentio, et periculum ibi seminandi; quod non esset, si ex sola penetratione præpostera stuprum committeretur, ut vult Raynaldus, quia tali modo maritus stuprum committeret.

42. Dico igitur, æquiores in hoc conflictu opinionum esse sententiam Antonii de Sousa, quam per extensum refert Diana in hæc verba: « Si quis posuit membrum intus anum, quamvis extra semen effundat, probabile est esse puniendum pœna ordinaria Sodomitæ. Hoc tamen non intelligo pro uno actu; sed pro actibus hujusmodi repetitis: quia quod deficit ad complementum actus Sodomitici, suppletur ex repetitione actus in fraudem legis. » Si enim octro libi-

surtout lorsque l'agent est bien décidé à ne pas éjaculer dans l'anus du patient. Cette conclusion est confirmée par l'autorité de quelques graves auteurs réfutés cependant par Diana : ils veulent que le mari, afin de s'exciter, puisse pénétrer le vase postérieur de sa femme, pourvu qu'il n'ait pas l'intention et ne coure pas le risque d'y éjaculer.

Cette faculté ne serait pas accordée, si la seule pénétration dans le postérieur constituait, comme le veut Raynald, un stupre, car de cette façon le mari commettrait un stupre.

42. Pour moi, je dis que dans ce conflit d'opinions, la sentence d'Antonio de Souza est la plus équitable. Diana la rapporte *in extenso* en ces termes : « Si un homme a fourré son membre dans un anus, encore qu'il ait répandu le sperme au dehors, il est probable qu'il doit être puni de la peine ordinaire des sodomites. Cependant je ne le dis pas pour un seul acte, mais pour une série d'actes de cette espèce, car ce qui manque pour compléter l'acte sodomitique est suppléé par la répétition de l'acte commis en fraude de la loi. » Si, en effet,

dinis percitus penetrat vas maris cum intentione non seminandi. et de facto ibi non seminat; aut si a principio intentionem habuit seminandi, sed dum copulam exercet, sibi obviat in cogitatione magnitudo sceleris, et ex poenitentia facti semen extra vas profundit; et hic actus semel. aut bis ab ipso es exercitus, iste temperationem poenae meretur, et extraordinarie tantum est sumendus, juxta sententiam Doctorum, quos dedimus num. 37.

43. Si vero reus consuetus est tales spurcicias exercere, et ad fraudem legis penetrat, ibique usque ad extremum delectatur, et vix non seminat intra; iste puniendus est tanquam verus Sodomita, juxta sententiam aliorum, quos dedimus n. 38, quam sequuntur in praxi Tribunalia praescripta Mediolani, Neapolis, Siciliae, Sabaudiae, Germaniae, etc., prout recenset Raynaldus. Siquidem

poussé par l'aiguillon de la débauche, un homme pénètre le vase d'un mâle avec l'intention de n'y pas éjaculer, et qu'effectivement il n'y éjacule pas, ou si au commencement il a eu l'intention d'y éjaculer, mais que pendant la copule l'énormité de son crime se présente à sa pensée et que, se repentant de son action, il répande son sperme hors du vase; s'il n'a commis le fait qu'une fois ou deux, il mérite un adoucissement de peine et ne doit être soumis qu'à la procédure extraordinaire, selon la sentence des Docteurs cités au n^o 37.

43. Mais si le coupable a l'habitude de pareilles saletés; si, en fraude de la loi, il se laisse aller à la pénétration; si, dans le vase postérieur il se délecte jusqu'à la dernière limite, et si c'est à peine qu'il n'y éjacule pas, celui-là doit être puni comme vrai Sodomite, selon l'avis des autres Docteurs énumérés au n^o 38: avis qui est suivi dans la pratique par les tribunaux ayant charge d'exercer à Milan, à Naples, en Sicile, en Savoie, en Allemagne. etc., selon le compte qu'en fait Raynald. Aussi bien la fraude du coupable ne doit pas lui servir

fraus sua non debet sibi patrocinari, et pœnam debitam minuere.

44. In casu autem primo, torquendus est reus tum supra intentione, quam asserit, non seminandi, aut habita a principio, aut sibi nata ex pœnitentia facti; tum super seminatione non secuta intra vas : quia cum hæ duæ sint qualitates intrinsecæ, quæ sciri nequeunt, nisi ex confessione ipsius rei, ut advertunt Doctores, ideo torqueri debet ad eruendam facti veritatem.

45. Controversia pariter Doctorum est, an supradicta pœna furcarum et ignis debeatur, quando infamis copula habita est cum fœmina? Non desunt Doctores qui nolunt copulam præposteram cum fœmina esse Sodomiam, dicuntque esse solum actum Sodomiticum : docent proinde abutentem fœmina tali pacto, non incidere in casum reser-

de défense ni atténuer le châtimeut qu'il mérite.

44. Or, dans le premier cas, le coupable doit être torturé, au sujet de l'intention qu'il prétend avoir eue de ne pas éjaculer, soit qu'il l'ait eue au commencement, soit qu'il l'ait eue après s'être repenti de son action et aussi au sujet de l'effusion du sperme non accomplie dans le vase; car, comme ce sont là les deux qualités intrinsèques, qui ne peuvent être connues que par l'aveu du coupable lui-même, comme le remarquent les Docteurs, il doit en conséquence être torturé pour faire éclater la vérité du fait.

45. Autre controverse entre les Docteurs : la susdite peine de la potence et du feu est-elle applicable quand la copule infâme a eu lieu avec une femme? Il ne manque pas de Docteurs pour refuser la qualification de Sodomie à la copule postérieure consommée avec une femme : ils disent que c'est seulement un acte sodomitique. En conséquence, l'homme qui abuse d'une femme en cette façon innomable ne tombe pas, suivant eux, dans un

vatum ; et hoc etiam negant de fœmina subagitante aliam fœminam sive masculum : nolunt enim extendere hoc crimen ultra nefendum congressum inter mares.

46. Sed quidquid sit de culpa theologica, et de ejus reservatione pro foro animæ, certum est quod, quoad culpam legalem, et ejus pœnam in foro fori, par et idem censetur delictum, aversa Venere inire fœminam, sicut marem ; et hæc est communis sententia omnium Criministarum, quam in praxi sequuntur Tribunalia omnia ; in casu enim combustæ fuerunt tam mulieres, quam viri, ut referunt Clarus et Gomez ; et Farinacius dicit se, dum puer esset, vidisse Romæ, in platea Campi Floræ, comburi plures viros, et plures fœminas, qui taliter deliquerant. Et gravior etiam censetur culpa, si quis tali modo contamineat propriam uxorem, quam aliam, ut ex textu cujusdam Capituli eliciunt Doctores ;

cas réservé. Ils le nient également de la femme qui subagite une autre femme ou un homme; ils ne veulent pas, en effet, étendre ce crime aussi loin que l'infâme congrès entre mâles.

46. Mais quoi qu'il en soit de la faute théologique et de la réserve qu'il convient d'en faire dans le for intérieur, il est certain que pour la faute légale et pour son châtement dans le for extérieur, le délit est réputé absolument le même, d'user de la Vénus postérieure avec une femme ou avec un homme. Tel est l'avis de tous les criminalistes, que suivent dans la pratique tous les Tribunaux, car en pareille matière on a brûlé des femmes aussi bien que des hommes, ainsi que l'attestent Clarus et Gomez. Farinaccius dit que, pendant son enfance, il vit à Rome, sur la place du Champ de Flore, brûler plusieurs hommes et plusieurs femmes qui avaient péché de la sorte. Et, même, si de cette façon un mari contamine sa propre femme, la faute est réputée plus grave que s'il s'attaquait à une autre femme. C'est la conclusion que les docteurs tirent du texte d'un capitule; car

dicit enim ibi D. Augustinus, lib. *De Adulterin, conjug.*, quod tale crimen execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius in uxore. Et tandem gravius est, rem tali modo habere cum fœmina, quam cum mare : siquidem fœmina habet vas, destinatum a natura ad usum copulæ; proinde qui, hoc relicto, aliud aggreditur, indicat plus quam ferina brutalitate agitari, et sic deterius delinquere.

47. Pariter, si fœmina fœminam, sive masculum, modo supra exposito, ineat, debet morte et incendio, plecti, ut post multos docet Facinacius. Et quamvis non defuerint, qui tuentur patientem in actu innominabili non tam graviter peccare, sicut agentem, proindeque illum non incurrere in casum reservatum, tamen in foro fori non dari discrimen inter agentem et patientem in hoc delicto, et

saint Augustin, au livre *De Adulterin. conjug.*, dit que ce crime est commis exécrationnellement avec une courtisane, mais plus exécrationnellement encore avec une épouse. Enfin, il est plus grave d'avoir des rapports de ce genre avec une femme qu'avec un mâle. La femme, en effet, possède un vase destiné par la nature à la copule. Par conséquent, celui qui, laissant de côté ce vase, s'adresse à l'autre, se montre possédé d'une brutalité plus que sauvage, et son délit est, en conséquence, plus condamnable.

47. De même, si avec une femme ou avec un homme, une femme a de ces rapprochements dont nous avons exposé le mode, elle doit être punie de mort et brûlée, comme Farinaccius l'enseigne après beaucoup d'auteurs. Et encore qu'il n'ait pas manqué d'écrivains pour penser que dans l'acte innommable le patient ne pèche pas aussi gravement que l'agent, et que par suite il ne tombe pas dans un cas réservé, cependant les Docteurs disent communément que, dans le for extérieur, il n'y a pas en ce délit de différence entre l'agent et le

proinde pari pœna plecti debere, dicunt communiter Doctores : siquidem in correlativis, dispositum in uno censetur dispositum in altero, etiam in pœnalibus, quando correlativa se habent uniformiter, ut in casu. Verum est, quod, si pœnens est minor ætate annorum decem octo, mitius debet puniri, et citra mortem, puta, vel flagellari in carcere, vel ibi diutius retineri, vel debet trahi transitorie per flammam ignis. Minor autem quatordecim annis, si doli capax non est, impune debet dimitti. Si vero capax doli est, quales sunt, qui decimum annum attigerunt, debet intus carceres ferula cœdi, aut etiam per aulam carcerum fustigari.

48. Ultra pœnam ultimi supplicii, ut supra dictum est, Sodomitæ sunt infames; proinde privilegia nobilitatis amittunt, et pro aliis postulare non possunt, hoc est, Advocati officium exercere, prout dicitur in jure. Infamia autem hæc non

patient ; conséquemment, que l'un et l'autre doivent être frappés d'un égal châtement : car, dans les corrélatifs, ce qui est statué pour l'un est censé statué pour l'autre, même dans les pénalités, lorsque les corrélatifs gardent entre eux leurs rapports comme dans le cas présent. Il est vrai que si le patient a moins de dix-huit ans, sa punition doit être plus douce et ne pas aller jusqu'à la mort : par exemple, il sera flagellé dans la prison, il y sera longtemps gardé ou passera quelques instants dans les flammes du bûcher. Le mineur de quatorze ans, s'il n'est pas capable de mauvaise foi, doit être renvoyé impuni. Mais s'il est capable de mauvaise foi, comme sont ceux qui ont atteint dix ans, il doit être frappé de la férule dans le cachot ou même être fustigé dans la cour de la prison.

48. En outre de la peine du dernier supplice, comme il a été dit plus haut, les Sodomites sont infâmes : par conséquent, ils perdent le privilège de noblesse et ne peuvent plaider pour le public, c'est-à-dire remplir l'office d'avocats selon l'expression juridique. Mais cette infamie n'est pas en-

incurritur ipso facto, sed indiget declaratoria Judicis, ut optime contra Farinacium sentit Raynaldus, cui et ego subscribo : non enim quis efficitur infamis, nisi prius cognoscatur reus ; reus vero non cognoscitur, nisi per Judicis sententiam. Infamia autem hæc incurritur etiam ab impubere, usum tamen rationis habente, licet pœnam ordinariam minor ætas etiam minuit faciat, tanquam causa minuens culpam ; prout enim post Bartolum scribit Abbas, ubi pœna ipso jure, a jure imponitur, committens delictum prohibitum incidit in illam pœnam, licet aliquo respectu aliunde veniat mitius puniendus ; infamia autem a Sodomitis ipso jure incurritur, unde etiam impuberes illam subeunt ; quod est valde notandum. Incurritur autem non tantum per declaratoriam Judicis, sed etiam si crimen notorium facti sit, ut plures Doctores dicunt de infamia proveniente ipso jure, quando crimen notorium facti est.

courue *ipso facto* : elle exige une déclaration du juge, ainsi que l'a pensé excellemment Raynald, dont je partage l'avis, contre Farinaccius. En effet, un homme n'est pas décrété d'infamie avant d'avoir été d'abord reconnu coupable : or, l'inculpé n'est déclaré coupable que par la sentence du juge. Mais cette infamie est encourue même par l'impubère (si toutefois il a l'âge de raison), bien qu'un âge moindre, en tant que cause diminuant la culpabilité, fasse diminuer la peine ordinaire. Car, selon ce qu'Albas écrit après Bartole, dans le cas où la peine *ipso jure* est imposée par le droit, celui qui commet un délit prohibé tombe sous l'application de cette peine, bien que d'un autre côté, à quelque égard, il doive être puni plus doucement, l'infamie étant encourue de plein droit par les Sodomites, les impubères eux-mêmes la subissent ; et cela est à noter particulièrement. Et elle n'est pas seulement encourue par la déclaration du juge, mais encore si le crime est notoire en fait, comme plusieurs Docteurs le disent à propos de l'infamie gagnée de plein droit quand le crime est notoire en fait.

49. Fuit autem sententia nonnullarum Glossarum, quas quidam Doctores sunt secuti, quod Sodomitæ perdant dominium suorum bonorum, quæ fisco adjudicantur, et proinde sint intestabiles. Sed hanc conclusionem, pluribus secum vectis, confutat Raynaldus, ex eo præcipue, quod talis sententia nullo jure civili, aut canonico fulcitur, et in contrarium facit praxis Senatus Mediolanensis et Tribunalis Urbis.

50. Pœnæ porro prædictæ infligi irremissibiliter debent, etiamsi major pars populi huic delicto esset obnoxia, ut patet ex textu cujusdam capituli: licet enim ob multitudinem peccantium, et ne scandala eveniant, pœnæ aliquoties relaxandæ sunt argumento quorundam jurium, non tamen hoc fieri debet cum Sodomitis; totus enim populus esset delendus, si totus in hoc vitio versaretur, ut fecit Deus cum quinque urbibus, quæ ignito sulphure conflagrarunt. Et hinc sequitur, non posse super hoc crimine fieri

49. Or, ç'a été l'avis de quelques Glossateurs, suivi par certains Docteurs, que les Sodomites perdent le *dominium* de leurs biens qui sont adjugés au fisc, et qu'en conséquence ils ne peuvent tester. Mais Raynald, à l'aide de nombreux arguments, réfute cette conclusion, parce qu'un tel avis n'a pour soi ni le droit civil ni le droit canonique, et que la pratique du Sénat de Milan et du Tribunal de la Ville y est contraire.

50. Par contre, les peines édictées plus haut doivent être infligées irrémissiblement, quand bien même la majeure partie du peuple serait coupable de ce délit : c'est ce qui appert du texte d'un capitule. Car bien qu'à cause de la multitude des pécheurs et pour que des scandales n'éclatent pas, les peines doivent être quelquefois relâchées, ce relâchement n'est pas de mise avec les Sodomites. Le peuple tout entier devrait être détruit, si tout entier il était plongé dans ce vice, selon l'exemple de Dieu qui, sous le soufre enflammé, engloutit les Cinq Villes. De là suit que sur ce crime il ne peut y avoir aucune composi-

compositionem, neque reum nullatenus gratiari.

51. Quod vero, post nonnullos quos citat, docet Farinacius, nempe tentatum de Sodomia posse impune occidere tentatorem, debet accipi cum sobrietate : nempe si alia via evadere non potest crimen, nisi per mortem aggressoris ; aliter defensio non esset inculcata. Hoc autem speciale non est in hoc crimine, sed in quovis alio casu in quo aliquis tentatur de peccato committendo ; debet enim quis potius mortem occumbere, quam peccare ; et magis curare propriam vitam, quam alterius ; quod, si aut peccandum est aut mori necesse sit, fugienda potius est mors propria, quam alterius ; et sic legitime potest mortem inferre illi, qui ad peccatum necessitat.

52. Supradictæ pœnæ sunt de jure civili ; suppetunt vero aliæ de jure canonico, et sunt : Primo, quod Sodomita non potest esse testis, ut textualiter habetur in duobus Capitulis. Secundo, quod est incapax beneficiorum Ecclesiastico-

tion, et que le coupable ne saurait, en aucune façon, être grâcié.

51. Quant à la doctrine qu'enseigne Farinaccius, d'après certains auteurs cités par lui, à savoir que l'homme tenté de Sodomic peut tuer le tentateur, elle doit être adoptée avec modération : par exemple, si le crime ne peut être évité que par la mort de l'agresseur : autrement la défense ne serait pas irréprochable. Cela n'est pas spécial à ce crime, mais de règle dans tous les cas où un homme est engagé à commettre un péché. On doit, en effet, supporter la mort plutôt que de pécher, et garder sa propre vie plutôt que celle d'autrui. Et s'il est nécessaire de pécher ou de mourir, il faut plutôt éviter la mort pour soi que pour les autres : c'est ainsi que légitimement on peut donner la mort à qui vous force au péché.

52. Les susdites peines sont de droit civil. D'autres s'y adjoignent qui sont de droit canonique. Les voici : Premièrement, le Sodomite ne peut être témoin ; c'est le texte formel de deux capitules. Deuxièmement, il est incapable des bénéfices

rum ut ex Constitutione B. Pii V. eliciunt Doctores. Tertio, patitur separationem thori, tanquam adulter, et hoc sive agat, sive patiatur, quia utroque modo violatur fides matrimonii, per quam quilibet conjux tenetur corpus suum impollutum a quacumque specie luxuriæ servare, et nullo modo illud cum quovis aut quavis alia dividere. Et non solum fit seperatio thori, sed etiam impeditur matrimonium, ne fiat, ut Doctores volunt. Et quarto, ob tale scelus excommunicatur, ut habetur ex quadam Decretali.

53. Quæ hucusque dicta sunt, quadrant pro laicis : sed, quoad Clericos Sodomitas, aliæ sunt pœnæ, latæ tum de jure antiquo, tum de jure novo. De antiquo quidem est Constitutio Concilii Lateranensis, in qua disponitur, quod Clericus deprehensus laborare incontinentia contra naturam debet deponi, et ad agendam pœnitentiam in Monasterium detrudi. De jure autem novo adsunt duæ

ecclésiastiques, ainsi que les Docteurs le déduisent de la Constitution du Bienheureux Pie V. Troisièmement, il est obligé à la séparation de lit, comme adultère, et cela, qu'il soit agent ou qu'il soit patient, parce que de l'une ou de l'autre manière il viole la foi matrimoniale, par laquelle tout époux est tenu de garder son corps pur de toute espèce de luxure et ne doit en aucune façon le partager avec tel ou tel. Non seulement c'est cas de séparation de corps, mais encore un empêchement prohibitif au mariage, à ce que veulent les Docteurs. Enfin, quatrièmement, pour un tel crime, le Sodomite est excommunié, comme le décide une Décrétale.

53. Ce qui vient d'être dit jusqu'ici s'applique aux laïques. Mais quant aux clercs Sodomites, autres sont les peines portées, soit de droit ancien, soit de droit nouveau. De droit ancien est la Constitution du Concile de Latran : il y est statué que le clerc surpris dans l'incontinence contre nature doit être déposé et jeté dans un monastère pour faire pénitence. De droit nouveau sont deux Constitutions du Bienheureux

Constitutiones B. Pii V, quarum data anno 1566 prima Aprilis, incipit *Cum primum*. Et hæc lata est in favorem divinæ Majestatis, ut colligitur ex proemio, ibi : *Cum ad omnia, quæ divinam Majestatem aliquo modo possent offendere, removenda mentis nostræ aciem intenderimus, ea primum sine mora emendare decrevimus, quæ Deo præter cætera displicere, et iram ejus provocare tum Divinæ Scripturæ, tum gravissima exempla declarant*. Ex quo textu convincitur, hanc Constitutionem non esse pœnalem, sed favorabilem : quantumvis enim lex contineat pœnas in odium alicujus, tamen dicitur favorabilis, si per ipsam primario favor alicujus intenditur, ut dicunt Doctores. Palam autem ex dicto proemio fit, quod causa finalis dictæ Constitutionis fuit favor Divinæ Majestatis, ne ipsa offenderetur, maxime delictis, quæ sibi specialiter displicent, unde etiam Constitutio censenda est favorabi-

Pie V. Celle qui a été donnée en 1556, le 1^{er} avril, et qui commence : *Cum primum*, a été portée en faveur de la divine Majesté, comme il résulte du poème suivant : *Ayant décidé d'appliquer la pénétration de notre esprit à supprimer ce qui pourrait en quelque façon offenser la divine Majesté, nous avons résolu d'amender tout d'abord et sans retard ce que les plus graves exemples et ce que les divines Écritures déclarent déplaire par-dessus tout à Dieu et provoquer sa colère.* De ce texte on tire que la Constitution n'est pas pénale, mais favorable. Encore que la loi porte des peines par haine d'un délit, cependant elle est dite favorable si par elle-même elle contient dans ses premières lignes une faveur, comme disent les Docteurs. Or il appert du préambule cité que la cause finale de ladite Constitution est de favoriser la divine Majesté, afin que cette Majesté ne soit pas offensée, surtout par les délits qui lui déplaisent spécialement. Par là même, la Constitution doit être censée favorable ; par conséquent, ses dispositions ne doivent pas être res-

lis, et proinde non restringenda, sed amplianda ipsius dispositio, juxta Doctores. Et hoc notandum est.

54. In ista Constitutione ergo, contra Sodomitas ita habetur, § 11 : *Si quis crimen nefandum, propter quod venit ira Dei in filios diffidentiae, perpetraverit, Curiae saeculari puniendus tradatur; et si Clericus fuerit, omnibus ordinibus degradatus, simili pœnae subjiciatur.*

55. In secunda autem Constitutione, data anno 1568, tertio calendas Septembris, quæ incipit *Horrendum*, in qua profitetur idem Sanctissimus Pontifex plenius fortiusque prosequi, quod jam in ipso Pontificatus sui principio decreverat in supra allegata Constitutione, ita habet : *Omnes et quoscumque Præsbiteros, et alios Clericos saeculares, et regulares cujuscumque gradus et dignitatis, tam dirum nefas exercentes, omni privilegio clericali, omnique officio, dignitate, et beneficio ecclesiastico, præsentis Canonis auctoritate privamus.*

treintes, au contraire, de l'avis des Docteurs, elles doivent être développées. C'est là une chose à noter.

54. Donc, dans cette Constitution, se lit, contre les Sodomites, au § II : *Si quelqu'un a commis le crime abominable qui a fait tomber la colère de Dieu sur ses fils de désiance, qu'il soit livré à la Curie séculière pour être puni ; et s'il est clerc, qu'il soit dégradé de tous les ordres et soumis à la même peine.*

55. La seconde Constitution a été donnée en 1568, la troisième des Calendes de Septembre ; elle commence par *Horrendum*. Le même très saint Pontife y déclare poursuivre plus complètement et plus vigoureusement ce que jadis, au commencement de son pontificat, il avait décrété dans la Constitution plus haut relatée. Il s'exprime ainsi : *Par l'autorité du présent Canon, tous les curés, quels qu'ils soient, et les autres clercs séculiers et réguliers, quels que soient leur grade et leur dignité, sont privés par nous, s'ils exercent un crime si exécrationnable, de tout privilège clérical, de toute charge, dignité et bénéfice ecclésiastique.*

56. Quamplures Doctores, cumulati per Barbosam, ducti forte studio defendendi privilegia status clericalis, tot subtilitates circa secundam Constitutionem adinvenerunt, ut suo fine frustretur mens Sanctissimi Pontificis; nec unquam Clerici hujusmodi Sodomitæ brachio sæculari relaxantur, sicque non punitum ad normam horum Canonum, tantum crimen longe lateque serpit.

57. Aiunt igitur, quod secunda Constitutio tangit solum Clericos exercentes Sodomiam: *exercere* autem est verbum, quod requirit iteratas vices, ac frequentiam, factumque ex usu, quasi continuatum. Sic Barbosa, qui et subjungit, quod etiam in terminis, de quibus agimus, probat Imperator in § *Item lex Julia, Instit. de Publ. judic.*, ibi: *Item lex Julia de Adulteriis, quæ non solum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, sed et eos, qui cum masculis nefandam libidinem exercere audent:*

56. Une foule de Docteurs, dont Barbosa a dressé une longue liste, poussés peut-être par le désir de défendre les privilèges de l'état clérical, ont imaginé tant de subtilités relativement à la seconde Constitution, que l'intention du très saint Pontife a été trompée; jamais les clercs Sodomites ne sont remis au bras séculier, en sorte que, n'étant pas puni selon la règle de ces canons, le crime gagne du terrain en long et en large.

57. Ils disent donc que la seconde Constitution touche seulement les clercs qui exercent la Sodomie : or *exercer* est un mot qui exige la répétition, la fréquence, l'habitude et la presque continuité d'un fait. Tel est l'avis de Barbosa qui invoque, sur la question même que nous discutons, l'autorité de l'Empereur, au § *Item lex Julia, Instit. de Publ. judic.*, dont voici le texte : *Il en est de même pour la loi Julia sur les Adultères : elle punit du glaive non seulement ceux qui déshonorent les noces d'autrui, mais encore ceux qui osent exercer une abominable dépravation avec les mâles.* Dans ce pas-

ubi omnes illud verbum *exercere* intelligunt frequenti usu, et quasi ex consuetudine. •

58. Dicunt secundo alii, quod ad incurrendas pœnas ejusdem Constitutionis, requiritur copula completa, nempe seminatio in vase ; ita ut, qui, data opera, illam immunditiam exercet, dummodo non seminet intra vas, pœnas illas non incurrat.

59. Dicunt tertio, easdem pœnas non incurri, nisi a Clerico Sodomita notorio, illasque obligare tantum in foro exteriori, non vero in interiori.

60. Salva tamen tos Doctorum reverentia, prædictæ conclusiones non subsistunt, eo quia, et tenori Constitutionum, et menti Beati Pontificis adversantur. Præmitto enim, quod prima Constitutio, ut advertimus supra num. 53, est favorabilis, et proinde extendenda ; et cum Pon-

sage, tout le monde prend le mot *exercer* dans le sens d'usage fréquent et presque d'habitude.

58. Ils disent, en second lieu, que pour encourir les peines de la même Constitution, la copule complète, c'est-à-dire la sémination dans le vase, est requise, en sorte que celui qui exerce cette saleté, en prenant ses précautions, n'encourt pas lesdites peines, pourvu qu'il n'éjacule pas dans le vase postérieur.

59. Ils disent en troisième lieu que ces peines ne sont encourues que par un clerc Sodomite notoire, et qu'elles l'obligent seulement dans le for extérieur, mais non pas dans le for intérieur.

60. Cependant, sauf le respect de tant de Docteurs, les conclusions ci-dessus exposées manquent de solidité, parce qu'elles sont contraires et à la teneur des Constitutions et à l'intention du Bienheureux Pontife. En effet, je pose en prémisses que la première Constitution est favorable, comme nous l'avons remarqué au n° 53, qu'elle doit en conséquence être étendue; et puisque le Souverain Pontife déclare

tifex profiteatur plenius fortiusque prosequi ea quæ in prima decreverat, sequitur quod etiam secunda Constitutio sit favorabilis, et proinde ejus verba accipienda in omni, et quocumque sensu, in quo possint accipi, et nullo modo per secundam, restrictam fuisse prima Constitutionem.

61. Constat autem, quod verbum *exercere* plures recipit interpretationes. Aliquando enim significat *lucrum facere*. Aliquando significat *intendere*, et *instituere*, veluti cum dicimus *exercere actionem*. Interdum significat *petere*, ut *exercere hereditatem*. Interdum significat *punire*, ut *exercere famem*. Aliquando significat *fabricare*, seu *cuudere*, ut *exercere monetam adulterinam*; et plures alias pro subjecta materia recipit interpretationes. Ut autem facit ad intentum nostrum, *exercere*, licet aliquando importet pluralitatem circa illam actionem, seu artem, quæ *exercetur*, tamen in dispositione pœnali unico actu verifica-

poursuivre plus complètement et avec plus de vigueur ce qu'il avait décrété dans la première, il s'ensuit que la seconde Constitution aussi est favorable. Donc ses termes doivent être pris dans tous les sens et dans chaque sens où ils peuvent être pris ; et en aucune manière, la seconde Constitution n'a restreint la première.

61. Or il est constant que le mot *exercer* reçoit un grand nombre d'interprétations. Quelquefois, en effet, il signifie *lucrum facere*. Parfois, il signifie *intendere et instituere*, comme lorsque nous disons *exercere actionem*. Tantôt il signifie *petere*, comme dans *exercere hereditatem*, et tantôt *punire* comme dans *exercere famem*. Parfois il a le sens de *fabricare* ou de *condere*, comme dans *exercere monetam adulterinam* ; enfin, il reçoit un grand nombre d'autres significations, selon la matière à laquelle il s'applique. Mais eu égard, dans ce que nous cherchons, à la valeur d'*exercere*, bien que parfois il emporte l'idée de pluralité relativement à l'acte ou au métier qui est *exercé*, toutefois, dans une disposition pénale, il suffit d'un seul acte pour en

tur; ita ut *exercere* crimen, et *committere*, sive *patrare crimen*, idem sit. Quod manifeste apparet ex hoc, quod, ut habetur ex quadam lege, *Abigei proprie hi habentur, qui pecora ex pascuis, vel ex armentis subtrahunt, et quodammodo deprædantur, et abigendi studium, quasi artem exercent*: tamen unico actu *equus aut bos unus abactus, abigeatus, crimen facit*, ut textualiter habet alia lex ejusdem Digesti.

62. Pariter in quadam Decretali, textualiter bis habetur, quod *qui exercet vitium falsitatis, puniatur*, ut ibi dicitur; ad incurrendas tamen pœnas, ibi latas, non requiritur actuum frequentia, sed sufficit semel *exercere*, puta, *committere*, ut dicunt Doctores et firmat praxis. Itidem in duabus legibus Codicis habetur, quod qui falsam monetam *exercent*, juxta ibi constituta, puniantur; et tamen notum est, quod ex unius monetæ

justifier l'emploi : aussi *exercere crimen, committere ou patrare crimen* sont la même chose. C'est là ce qui appert évidemment de ce passage de la loi suivante : *On considère proprement comme voleurs de bestiaux ceux qui dérobent des bêtes aux pâturages et aux troupeaux. Ce sont de véritables pillards, qui exercent comme un métier l'enlèvement des bestiaux. Cependant l'acte unique de détourner un cheval ou un bœuf constitue le crime, comme le porte textuellement une autre loi du même Digeste.*

62. Pareillement, dans une Décrétale, il est dit deux fois et en propres termes : *Que celui qui exerce le vice de fausseté soit puni.* C'est l'expression employée. Cependant pour encourir les peines portées dans la Décrétale, la fréquence des actes n'est pas nécessaire ; il suffit d'exercer ou, si l'on veut, de commettre l'acte une seule fois. Tel est l'avis des docteurs, et la pratique le confirme. De même, dans deux lois du Code on trouve que ceux qui *falsam monetam exercent*, seront punis, selon ce qui est statué dans ledit Code. Or il est

adulterinæ fabricatione pœna lata incurritur. Hoc idem habetur in § *Institutionum de Publicis judiciis*, in quo dicitur, quod *lege Julia de Adulteriis tenentur, qui cum masculis nefandam libidinem exercent*; nec tamen in foro laico necessarium est, quod Sodomita, ut pœnam furcarum et ignis subeat, quasi per continuum exercitium infame hoc vitium frequentet, sed sufficit illud semel patrasse. Et miror Barbosam, ut diximus supra (num. 57), asserere, quod omnes illud verbum *exercere* intelligant frequenti usu, et quasi ex consuetudine, cum res in oppositum se habeat, ut praxis universalis laicorum Tribunalium confirmat. Sequitur igitur ex his, quod etiam in citata Constitutione *Horrendum*, verbum *exercere* accipi debeat non solum pro *frequentare*, sed etiam pro *semel committere Sodomium*.

notoire que la peine portée est encourue par la fabrication d'une seule fausse pièce de monnaie. La même conclusion se tire du § *Institutionum de Publicis judiciis*, où il est dit que *ceux qui exercent leur abominable passion avec des mâles tombent sous le coup de la loi Julia de adulteriis*. Toutefois, devant les tribunaux laïques, pour que le Sodomite soit puni des fourches et du feu, il n'est pas nécessaire qu'il se laisse aller à ce vice infâme fréquemment et par un exercice continu; il suffit qu'il ait commis l'acte une seule fois. Aussi m'étonné-je de voir Barbosa, comme nous l'avons dit plus haut (n^o 57), affirmer que tout le monde comprend ce mot *exercere* comme emportant l'idée d'habitude répétée et presque coutumière, lorsqu'il a contre lui le fait constaté par la pratique universelle des tribunaux laïques. De là suit que, même dans cette Constitution que j'ai citée et qui commence par *Horrendum*, le mot *exercere* doit être pris, non seulement dans le sens de répéter souvent, mais encore dans le sens de commettre une seule fois la Sodomie.

63. Quod fortius convalidatur ex hoc, quod Papa per secundam Constitutionem non moderavit primam, nec ei ulla-tenus derogavit, imo declarat, se per secundam velle *plenius fortiusque prosequi ea quæ in prima sanxerat*. In prima autem, non requirit in Clerico Sodomita frequentiam actuum ad hoc, quod brachio sæculari tradatur, sed sufficit patrasse (ut ibi habetur), quod in uno actu verificatur: sequitur igitur, quod verbum *exercere*, positum in secunda, debet accipi cohærenter ad primam; aliter secunda Constitutio, inducta in augmentum, operaretur diminutionem, quod rectæ rationi repugnat.

64. Quod si dicatur, non esse controvertendum de mente legislatoris, quando habetur ipsius declaratio et quod in casu habetur Declaratio Papalis, de qua testatur maximus Canonista Navarrus, per hæc verba: *Tertio dico, non includere*

63. Cette solution reçoit encore une confirmation plus éclatante de ce que, par sa seconde Constitution, le Pape n'a pas adouci la première et n'y a en rien dérogé. Au contraire, il déclare que, par la seconde, il veut plus complètement et avec plus de vigueur poursuivre ce qu'il avait sanctionné dans la première. Or, dans la première, pour que le coupable soit livré au bras séculier, il ne requiert pas chez le clerc Sodomite la fréquence des actes : il suffit qu'il ait fait (c'est le terme employé) ce qui est rendu certain par un seul acte. Donc il s'ensuit que le mot *exercere*, placé dans la seconde Constitution, ne doit pas être séparé de la première. Autrement, la seconde Constitution, qui avait pour but de renforcer celle qui l'avait précédée, ne ferait que la diminuer. Ce résultat répugne à la raison.

64. Dira-t-on qu'il ne faut pas contro-verser sur l'intention du législateur, quand on a sa déclaration et que, comme dans l'espèce, on possède la Déclaration Papale attestée par le grand canoniste Navarrus en ces termes : *Troisièmement*, je dis que

illam quemcumque Clericum, sed solum exercentem, quod verbum dixi mihi S. D. N. Gregorium XIII de industria posuisse, etc., et proinde non esse de hoc amplius dubitandum.

65. Respondeo, quod Navarrus manifeste ibi loquitur de Irregularitate (et consequenter, de aliis pœnis spiritualibus), ut patet ibi num. 249, in quo quærit, num Clericus Sodomita sit irregularis? et exponit Bullam B. Pii V, quod nempe pœnæ spirituales, ibi inductæ, et quæ secundum eum incurruntur ipso jure, afficiunt tantum Clericum exercentem per actus frequentes hoc vitium. Declaratio igitur Papalis est tantum circa illas pœnas spirituales, quod nempe non incurrantur, nisi a frequentante; non potest ergo in illa Declaratione comprehendi pœna corporalis, lata in prima Constitutione, et confirmata in secunda.

66. Advertendum enim est, quod in prima Constitutione, quam retulimus supra (num. 54), sola pœna corporalis con-

cette Constitution ne s'applique pas à n'importe quel clerc, mais seulement à celui qui exerce, expression employée exprès par Grégoire XIII, etc., et que, par conséquent, il n'y a plus matière à aucun doute.

65. Je réponds que Navarrus parle manifestement de l'Irrégularité (et conséquemment des autres peines spirituelles), comme on le voit évidemment au n^o 249, où il recherche si le clerc Sodomite est irrégulier. Et il explique la Bulle du Bienheureux Pie V, à savoir que les peines spirituelles qui y sont portées et qui, selon lui, sont encourues de plein droit, frappent seulement le clerc qui par des actes fréquents exerce le vice innommable. Donc la Déclaration Papale n'est relative qu'aux peines spirituelles, car elles ne sont encourues que par le coupable d'habitude. Donc, en cette déclaration, ne peut être comprise la peine corporelle portée dans la première constitution et confirmée dans la deuxième.

66. Il faut, en effet, remarquer que, dans la première Constitution que nous avons rapportée plus haut (n^o 54), la peine cor-

tra Clericos Sodomitas lata est; in secunda vero, in qua voluit Papa pœnas augere, appositæ sunt pœnæ spirituales, nempe amissio privilegii clericalis, privatio officii, dignitatis, ac beneficii ecclesiastici. Esto igitur, quod istæ pœnæ spirituales non incurrantur nisi a frequentante, non tamen sequitur, quod idem sit de corporali; et Declaratio Papalis est solum de illis, et non de ista. Sequitur igitur, quod omnes Auctores, qui volunt Clericum Sodomitam tradi debere Curix sæculari, tantum quando frequentat crimen, et sequuntur Navarrum, tanquam antesignanum hujus sententiæ, ipsum perperam accipiant, eo quod Navarrus nec verbum habeat de pœna corporali, sed solum loquitur de spiritualibus, ut dictum est: unde et falso pro ea sententia citatur, sicut etiam Rodericus, nam iste amplectitur sententiam Navarri quoad pœnas spirituales, non tamen idem dicit de pœna

porelle est portée seule contre les clercs Sodomites. Mais dans la seconde, où le Pape a voulu augmenter le châtiment, il a ajouté les peines spirituelles : perte du privilège de clerc, privation de la charge, de la dignité et du bénéfice ecclésiastique. Et en admeltant que ces peines spirituelles ne soient encourues que par le Sodomite d'habitude, il ne s'ensuit pas qu'il en soit de même de la peine corporelle. La Déclaration Papale est seulement relative aux premières, et non à la dernière. Par suite, tous les auteurs qui, voulant que le clerc Sodomite soit livré à la Curie Séculière seulement quand il commet souvent le crime innommable, se rallient à Navarrus comme au porte-drapeau de cette opinion, s'autorisent de lui mal à propos, puisque Navarrus ne souffle pas un mot du châtiment corporel, mais que, comme nous l'avons dit, il parle uniquement des peines spirituelles. C'est pourquoi on le cite à tort à l'appui de cette opinion. Il en est de même de Rodriguez qui, tout en adoptant l'avis de Navarrus relativement aux peines spirituelles, s'en sépare cependant en ce qui

corporali; ait enim: *Illi, qui non exercent hujusmodi actum, licet pœna capitalis puniantur, non tamen rigorosa hujus Constitutionis (Horrendum) pœna, puta spirituali, afficiuntur*, prout advertit Navarrus. Unde concludendum est, Clericum Sodomitam, Curiae sæculari tradendum, quamvis tale crimen non frequenter verit, ut quamplurimi classici Doctores tuentur. Quod etiam magis convalidatur ex hoc, quod, si vigore Constitutionum B. Pii V, Clericus, per unum aut aliud crimen Sodomiae, Curiae sæculari tradendus non sit, tradendus tamen est vigore textus in *cap. Clerici, Extra. de Excess. Prælat.*

67. Nec facit in contrarium, quod apud quædam Tribunalia opposita sententia prævaluerit, ac in praxi recepta sit. Siquidem quorundam abusus, potius quam legitima consuetudo nequit aliis tanquam lex præscribi; maxime, quando tum ratio, tum lex reclamant. Quod si

concerne le châtimeut corporel. Il dit en effet : *Ceux qui n'exercent pas l'acte de Sodome, bien qu'ils soient condamnés à la peine capitale, ne sont cependant pas punis de la peine rigoureuse (c'est la peine spirituelle) portée par cette Constitution (Horrendum)*, ainsi que Navarrus en fait la remarque. Conclusion : le clerc Sodomite, bien qu'il n'ait pas commis habituellement la Sodome, doit être livré à la Curie Séculière, ainsi que le soutiennent la plupart des Docteurs classiques. Cette conclusion est encore corroborée par ceci : que si, en vertu des Constitutions du Bienheureux Pie V, le clerc ne doit pas être livré à la Curie Séculière pour tel ou tel crime de Sodome, cependant il doit lui être livré en vertu du texte du chapitre *Clerici, Extra. de Excess. Prælat.*

67. Et cette décision n'est pas infirmée parce que l'avis opposé a prévalu auprès de certains Tribunaux, ou qu'il est suivi dans la pratique. En effet, l'abus de quelques-uns ne peut, de préférence à la coutume légitime, être prescrit aux autres comme loi, surtout quand la raison et la

super hoc crimine nequit fieri compositio, nec reus illo modo gratiari, nec potest Judex pœnam legum ullo modo minuire, nec etiam ratione multitudinis delinquentium, prout diximus supra (u. 50), videre nescio, quomodo illa, Tribunalia pœnam, in Papali Constitutione latam, negligent, et adhæreant cavillosis ac fucatis quorundam Doctorum opinionibus, per quas rigor ecclesiasticæ districtiōnis enervatur, et Sanctissimorum Pontificum provisiones, pro recta Reipublicæ Christianæ administratione sancitæ, eluduntur.

68. Quod autem ad incurrendas pœnas, in secunda Constitutione contentas, requiratur seminatio intra vas, ut delictum evadat in suo genere perfectum, non abnuo : siquidem in hanc sententiam omnes Doctores communiter abeunt. Dico tamen, quod, si Clericus esset huic spurcitæ assuefactus, et penetrato vase ibidem fœdissime delectaretur, et instante seminatione extraheret, etc.,

loi réclament. Que si sur ce crime on ne peut composer, si d'aucune façon le coupable ne peut être gracié, si le Juge ne peut aucunement diminuer la peine portée par les lois, pas même à cause de la multitude des délinquants, ainsi que nous l'avons dit (n^o 50), je ne puis comprendre comment ces Tribunaux négligent la peine ordonnée par la Constitution Papale et comment ils adhèrent aux opinions subtiles et embrouillées de quelques Docteurs, opinions qui énervent la rigueur de la punition ecclésiastique et qui éludent les dispositions des très saints Pontifes, sanctionnées pour la bonne administration de la République Chrétienne.

68. Mais que, pour encourir les peines contenues dans la seconde Constitution, la sémination soit requise de manière à rendre le crime parfait en son genre, je ne le nie pas. Aussi bien, tous les Docteurs se rangent-ils à cette opinion. Cependant, je dis que si le clerc avait l'habitude de commettre cette saleté, s'il prenait un ignoble plaisir à pénétrer dans le vase postérieur, et s'il se retirait lorsque l'éjaculation est

non minus incurreret, quam si actum perficeret : eo quia ipsius fraus non deberet sibi patrocinari ; sicut juxta nonnullos Doctores incidit in casum reservatum incestus, qui cum consanguinea solitus esset coire, et semen extra vas profunderet, ad hoc solum, quod non incideret in casum reservatum. Proinde, sicut in tali casu non deberet laicus evadere suspendium et incendum, ita nec debet Clericus evadere pœnas Constitutionis.

69. Tandem pœnæ supradictæ tangant solum forum exterius, non autem interius, pariter non subsistit, quia contraria adest declaratio Gregorii XIII relata per Navarrum, in hæc verba : *Quarto dico quod cupienti mihi, ut solum forum exterius respiceret, idem Sanctissimus respondit, etiam interius respicere; cum non fundetur super præsumptione, nec ponat discrimen inter*

instante, etc., je dis qu'il n'encourrait pas moins la peine que s'il avait accompli l'acte : attendu que sa propre fraude ne doit pas lui servir de titre. C'est ainsi que, selon quelques Docteurs, tombe dans un cas réservé l'inceste qui, ayant coutume de forniquer avec une sœur consanguine, éjacule dehors, dans le seul but de ne pas tomber dans un cas réservé. Conséquemment, comme dans un pareil cas, le laïque ne devrait pas échapper à la potence et au bûcher, de même le clerc ne doit pas échapper aux peines établies par la Constitution.

69. Enfin, que les peines citées plus haut concernent seulement le for extérieur et non pas le for intérieur, c'est une opinion insoutenable, car elle a contre elle la déclaration de Grégoire XIII rapportée en ces termes par Navarrus : *En quatrième lieu, je dis que comme je désirais qu'il envisageât seulement le for intérieur, le même très saint Pontife me répondit qu'il envisageait aussi le for intérieur, attendu qu'on ne fonde pas sur une présomption, et qu'il ne faisait pas de différence entre*

utrumque forum. Quod, si Auctores illi sequuntur Navarrum, illorum opinionis antesignanum, debent eundem sequi etiam in hac sententia, per declarationem Papalem roborata.

70. Controvertunt autem Doctores, num Clericus Sodomita occultus dictas pœnas incurrat? et communiter sententia est negativa: ad illas enim subeundas requiritur, quod delictum notorium sit aut facti, aut juris, nempe per sententiam Judicis, ut multi scribunt. Inferunt proinde, Clericum ab occultum crimen Sodomiae nullam incurrere irregularitatem, aut suspensionem, et proinde non esse prohibitum sacros Ordines suscipere, et beneficia obtinere. Et quamvis, in dicta Constitutione, importetur privatio beneficiorum ipso jure, ita ut ante sententiam possint impetrari: tamen in conscientia retineri possunt, quoad usque deveniatur a Judice ad sententiam declaratoriam.

71. Post sententiam autem Judicis pœnæ prædictæ incurruntur; et sic sen-

les deux fors. Donc, si ces auteurs suivent Navarrus, porte-drapeau de leur opinion, ils doivent le suivre aussi dans cet avis corroboré par la Déclaration Papale.

70. Il y a encore controverse entre les Docteurs, sur le point de savoir si le clerc Sodomite occulte encourt lesdites peines. Communément, on tient pour la négative; car pour les encourir il faut que le délit soit notoire ou de fait ou de droit, à savoir, par sentence du Juge, comme beaucoup l'écrivent. Selon eux, pour le crime occulte de Sodomic, le Clerc n'encourt ni irrégularité ni suspension; par conséquent, il ne lui est pas interdit de prendre les Ordres sacrés ni d'obtenir des bénéfices. Et bien que, dans ladite Constitution, la privation des bénéfices soit emportée de plein droit, de sorte qu'ils pourraient être obtenus avant la sentence; cependant, en conscience, ces bénéfices peuvent être retenus jusqu'à ce que le Juge en arrive à la sentence déclaratoire.

71. Mais lorsque la sentence du Juge est rendue, les peines ci-devant indiquées sont encourues, et ceux qui ont été ainsi

tentiati de crimine nefando, nullo modo possunt promoveri ad Ordines, aut in illis ministrare, ex eo, quod infamati de crimine enormi ipso jure fiunt irregulares. Hoc autem modo sententiatus, non potest dispensari super irregularitate ab Episcopo Clericus sæcularis, neque regularis a suo Prælato; sed est Summo Pontifici reservata. De regulari vero intelligitur, si is post professionem de nefando crimine damnatus est; quod, si in sæculo damnatus fuisset, et ex post ad Religionem admissus, posset a Superiore Regulari super irregularitate dispensari; eo quod possunt Prælati Regulares communicantes cum Minoribus in privilegiis, dispensare venientes ad Ordinem a quacumque irregularitate, excepta illa, quæ provenit ab homicidio voluntario, ac bigamia.

72. Quamvis autem nonnulli Auctores teneant, pœnis Sodomitarum non ligari eos, qui in tali abominatione succumbunt, eo quia non possunt dici Sodo-

condamnés pour le crime abominable ne peuvent en aucune façon être promus aux Ordres ni les exercer, parce que, rendus infâmes par ce crime énorme, ils deviennent, *ipso jure*, irréguliers. Et celui qui a été ainsi condamné par sentence, ne peut, Clerc séculier, être dispensé sur l'irrégularité par l'Évêque, ni, régulier, par son Prélat. Cette dispense est réservée au Souverain Pontife. Mais pour le régulier, il faut savoir si c'est après sa profession qu'il a été condamné pour le crime abominable. S'il avait été condamné dans le siècle et qu'ensuite il ait été admis en Religion, il pourrait être dispensé de l'irrégularité, parce que les Prélats réguliers, partageant les privilèges des Ordres Mineurs, peuvent, à l'exception de l'irrégularité qui provient d'homicide volontaire et de bigamie, dispenser d'une irrégularité quelconque ceux qui entrent dans l'Ordre.

72. Et bien que certains auteurs tiennent que les peines des Sodomites ne lient pas ceux qui sont succubes dans une pareille abomination, parce que l'on ne peut les dire Sodomites, mais seulement coupables

mitæ, sed molles, de quibus non loquuntur leges pœnales, tamen talium opinio communiter rejicitur : pœnæ enim supradictæ comprehendunt tam agentes, quam patientes, ut communiter tenent Doctores, in terminis Bulla B. Pii V.

73. Regulares vero proprias Constitutiones servare debent, et juxta eas moderare sententiam, et pœnas pro hoc crimine. Nos, Minores de Observantia, sequentia habemus statuta :

74. *Si quis (quod Deus avertat) de innominabili crimine, propter quod ira Dei venit in filios diffidentia, notatus fuerit ac legitime convictus, nudus omnino cum solis femoralibus coram fratribus, capitulariter congregatis, manibus ligatis, graviter, flagelletur, ac Psalmum Miserere mei, Deus, etc., recitet, ac leviusculis flammis, igneis hinc inde circumpositis, quodammodo*

de *mollesse* (sur ces derniers les lois pénales sont muettes), cependant cette opinion est communément rejetée. Car les peines précédemment indiquées s'appliquent tant aux agents qu'aux patients. C'est l'opinion soutenue généralement par les Docteurs d'après les termes de la Bulle du Bienheureux Pie V.

73. Quant aux réguliers, ils doivent garder leurs propres Constitutions et, selon leurs articles, modérer la sentence et les peines que mérite le crime. Nous autres, Mineurs de l'Observance, nous avons les statuts suivants :

74. *Si quelque Mineur (que Dieu détourne ce malheur !) a été noté et légitimement convaincu du crime innommable, pour lequel la colère de Dieu est tombée sur ses fils de défiance : que, tout à fait nu, avec ses seules grègues en présence des frères convoqués en chapitre, les mains liées, il soit rigoureusement flagellé, qu'il récite le psaume Miserere mei Deus, etc., et qu'il soit en quelque sorte brûlé au milieu des flammes légères placées çà et là autour de lui. Puis, qu'il soit condamné*

comburatur; et ad perpetuos carceres irrevocabiliter damnetur, ubi pane et aqua tribus saltem in hebdomada diebus jejunet, et vitam suam in dolore et amaritudine defleat.

75. Eum tamen Generalis Minister post aliquot annos a præfatis carceribus liberare poterit, si tanta in eo viderit contritionis indicia, ut illum venia et misericordia ejusmodi non indignum existimat. Qui tamen omni suffragiorum jure perpetuo careat, et ad omnia Religionis officia inhabilis existat. Si vero iterum de eodem vitio nefando notatus, ac legitime convictus fuerit, ad triremes perpetuo damnatus mittatur. Sic Statuta Vallisoletana, cap. 8, Tit. de Pœna contra castitatis transgressores.

76. In textu pariter Tit. Tortura, ita habetur post § 2: *Ob detestationem nefandi criminis, reus igne torquendus est, ad cujus conspectum cogatur tenere pedes lardo inunctos, brevissimo tamen tempore, ne reddatur ad ambu-*

irrévocablement à la prison perpétuelle, où il devra jeûner au pain et à l'eau trois fois au moins par semaine et pleurer sa vie dans la douleur et dans l'amertume.

75. *Toutefois, le Ministre Général pourra le libérer de ladite prison après quelques années, s'il voit en lui assez d'indices de contrition pour ne pas le regarder comme indigne de tel pardon et miséricorde. Cependant, le condamné sera privé à jamais du droit de suffrage et sera inhabile à toutes les charges de la Religion. Mais si de nouveau il est noté à cause du crime abominable, s'il est légitimement convaincu, il sera envoyé aux galères perpétuelles. Tels sont les termes des Statuts Vallisolétaniens, chap. 8, titre du Châtiment de ceux qui auront transgressé la chasteté.*

76. *Pareillement dans le texte, au titre De la Torture, on lit après le § 2 : Vu l'exécution du crime abominable, le coupable sera torturé par le feu, devant lequel on le forcera à tenir ses pieds oints de lard, pendant un temps très court, cela de façon à ne pas le rendre inhabile à la*

landum inhabilis; idque extendi poterit ad duorum Miserere spatium, interposita interdum (ne pedes urantur) tabula lignea, quæ ignis ardorem attemperet.

77. Circa primum statutum, prima occurrit dubitatio: Quid importetur per illa verba, *notatus fuerit ab legitime convictus?*

78. Respondeo, quod *notare* et *notari* in jure varias recipit significationes; illæ tamen pro subjecta materia debent accipi. Inter eas una est, quod *notari* significat infamia affici, infamis censi, in existimatione lædi, ut ex pluribus juri- bus deducitur. Notatus ergo hic accipitur pro infamato, sive diffamato de crimine innominabili. Debet autem textus intelligi de qualibet notitia, quæ ad aures Judicis perveniat, sive sit per famam, aut clamorosam insinuationem, sive per accusationem, sive per denuntiationem aut querelam: quovis enim horum modorum Judex hoc sciat, procedere debet.

marche. Ce supplice pourra être prolongé jusqu'à deux Miserere. Pendant qu'on le récitera, on interposera, pour que les pieds ne soient pas brûlés, une planche de bois, afin de tempérer l'ardeur du feu.

77. Quant au premier statut, il se présente un premier doute : Quel est le sens de ces mots : *aura été noté et légitimement convaincu* ?

78. Je réponds : En droit, *notare* et *notari* ont diverses significations qui, logiquement, doivent être interprétées selon le sujet traité. Parmi ces significations, il y en a une d'après laquelle *notari* signifie être marqué d'infamie, être réputé infâme, être touché dans l'estime, ainsi qu'on le déduit de plusieurs Droits. Donc *notatus* est pris ici pour noté d'infamie, rendu infâme par le crime innommable. Et dans le texte on doit faire entrer toutes les façons par lesquelles la connaissance de l'infamie arrive aux oreilles du Juge, soit par renom, soit par insinuation et clameur, soit par accusation, soit par dénonciation ou par plainte. De quelque façon que le Juge vienne à le savoir, il doit procéder.

79. Respondeo secundo, quod legitime convictus dicitur ille, qui probatus est reus per testes, aut per instrumenta, aut per indicia indubitata, aut per notorietatem facti; uno enim ex assignatis modis perficitur convictio; differtque convictus a confesso, in tantum quod statutum in uno non habeat locum in alio. Tamen in hoc textu accipitur convictus lato modo, prout se potest extendere etiam ad confessionem. Quantumvis enim confessio non dicatur proprie probatio, tamen aliquo modo probari crimen per confessionem rei, reumque aliquem probari ex propria confessione dici potest : nam per confessionem induci notorium, patet textualiter ex utroque jure ; una autem ex probationibus, per quas reus vincitur, est notorium facti, ut supra dictum est. Hinc sequitur, quod in hoc textu *legitime convictus*

